REMIGIUS ALTISSIODORENSIS. AELIUS DONATUS. PRISCIANUS CAESARIENSIS. SERVIUS HONORATUS. GLOSSEN

Anfang 13. Jh. Seite 32r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26554
Copyright: Admont, Benediktinerstift



32

alii etiam de aliis eodem in dicunt. quod augmen
tum significant. Sic. ut. non possum regulariter
dicere magis doctior. et magis doctissimus. sic
non gruit. ut dicam habundantior habu
ndantissimus. Tam bonus. i. melior. Tam
malus. i. peior. Quin bonus. i. malus. Quinime bo
nus. per suplatiuo. i. pessimus. Quinime malus. i.
optimus. Magis bonus. i. melior. Magis malus. i.
peior. Maxime bonus. i. optimus. Quaxime. i. pes
simus. Comparatiuus gen. ablatiuo casui adiungitur
utrique numero. Quodo dicit quibus casibus iungunt gen.
Homo comparat alieno genere. ut fortior leonibus
uelocior aquilis. Et sciendum quod comparatiuus non
solum ablatiuo iungitur. sed etiam nominatiuo sin
gulari cum qua particula. sine illa iungitur. Si
tum hoc utimur cum aliquem et suo genere et alie
no comparamus. ut hector fortior diomede.
et audacior troianus fuit. Dicimus autem fortior
hic quam ille. Quodo alieno genere comparat. quia
hector troianus fuit. diomedes uero graecus. Auda
cior. i. magis audax. Quod suo genere comparat. Hoc
debemus scire quod comparatiuus profert nos et nostro
genere et extraneo. ut eneas fortior hectore. et
fortior leone. Suplatiuus tantum nostro. ut
doctissimus poetarum virgilius. Suplatiuus
autem genitiuo tantum plurali adiungitur. sed tum his